



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri  
Viginti**

**Della Porta, Giambattista**

**Frankfurt, 1607**

Quibus sonis animalia alliciuntur. Cap. IV.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70772)

Item induerit, quotquot volet, venabitur: nam equorum studio captæ eò accedunt. Eadem ferè est

*Polyporum capture.*

Delectantur polypi olea arbore, cuius truncum brachij amplexi sœpe comperiūtur. Deprehensi sunt etiam aliquando sicum arborē ad mare natam complexi, & ficos edentes, ut scribit Clearchus. Ob id piscatores oleæ ratum in mari demittunt, quo loco versantur polypi, bœni mōra & citra laborem polypos ramum amplexos trahet, quotquot voluerit. Oppianus ita festiuiter canit:

*Palladijs gaudet ramis felicis oliue*

*Polyptus, & glaucis folijs (mirabile dictu)*

*Corripitur. Deinde:*

*Talis amor frondis, vel tam furiosa cupido*

*Hunc capit, & tali pescator fraude peritus*

*In medium iactat plumbum, quod fronde renincit.*

*Pakkadis, at pescator ramos non remnit olini,*

*Sed seciam prendit frondem, nec deserit unquam.*

*In nauem traxit rami non vincia relaxat:*

*Non odit viridem iam iam moriturus oliuam.*

*Quibus sonis animalia afficiuntur. CAP. IV.*

**N**E c solum amore, sed etiam sonitu, & musica afficiuntur, & vnumquodque animal suo gaudet peculiaris sono. Et primò

*Delphinus cithara afficitur.*

Cuius symphonia maxime mulcetur, sic etiam & hydrauli sono. Hinc ab Herodoto primum, & ab alijs deinde celebratur historia, Arionem delphino insidente ad Tenaron esse fuisse: nam quum à Corinthijs in mare deturbaretur, impetravit, ut sumpta cithara, & carmine decantato in mare deiceretur, sed à delphino exceptum fuisse in Teneron transvectum, ut ex Oppiano habeatur.

*Lupus tibia mulcetur.*

Pythiocharis tibicen quum ad tibiam magna contentione incitatos numeros canceret, laporum impetum secessisse refert Elianus,

*Equi musica tibiae capiuntur.*

Libycæ equæ tibiæ cantu eousque capiuntur, vt huius blandimentis ad homines mansuescant, & v lulare desinant. Pastores pastoritiam fistulam ex Rhododaphne excavant, cuius sonoro inflatu adeo equos demulcent, vt eos sequatur, & quum ille insistat, à progrediendo se sustinent, vt lachrymas tenere non possint. Euripides dicit pastores fistula ad Venerem equas incitare, & e quos ad ineundas fœminas incendere.

*Cerui, & apri tibiae capiuntur.*

Tyrrhenorum sermone peruagatum est, apros & ceteros apud eos multo maxime musicæ adiumento capi, quod quidem ipsum ita euenit. Circumiectis rebus, & ceteris instrumentis accommodatis, ad faciendas festijs insidijs collocatis, homo ad tibiam canendi pertus, cantus contentionem remittit, & relaxat, sensim progredivs in montiū vertices & conualles, & omnia lustra ferarum, &c. deinde quum maxima voluptate aures tenentur, tum nullo negotio comprehenduntur, nam cantus suavitatem permulsi, in domesticarū sediū obliuionem veniunt, sic igitur tanquam suadæ illebra, & cantu præstrictæ, in laqueos sese inferunt, & illaqueatæ comprehenduntur. Ex Aeliano.

*Pastinaca saltatione, & musica illaqueatur.*

Quum pastinacam subnatantem piscator fuerit intutus, ridiculum quiddam in piscatoria cymba saltat, & ad tibiam canere incipit, ea ex re pastinaca magnam latitudinem capit, & hac permulgione illebra, ad sumمام quam effertur, alter quispiam piscatorio captu imprudentem subducit.

*Paguri musica in terram ducentur,*

Paguros musicæ illebrae machinatione piscatores capiunt, quorum alij se occultant, alij modulari incipiunt instrumento, quod cum audierint Paguri, statim tanquam amatorio quodam ad excendum elatebra non modo inducuntur, verum etiam voluptate allecti, extra mare egrediuntur, hi quidem retro ad tibiam canentes cedunt, illi in sequentes in arido comprehenduntur.

Luminis